

# The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

## Meritum e cum uariis

Non est magni meriti, si quid foris erga nos agatur in corpore, sed magno pensandum est quid agatur in mente. Nam presentem mundum despicerem, transitoria non amare, mentem medullitus in humilitate Deo et proximis sternere, contra illatas contumelias pacienciam seruare, et custodita paciencia dolorem malicie a corde repellere, egenis propria tribuere, aliena minime ambire, amicum in Deo diligere, propter Deum et eos qui sunt inimici amare, de afflictione proximi lugere, de morte inimici non exultare, hic est noua creatura.

Gregorius omelia X.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

magno] magis P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; exultare] exaltare V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup>